illis omnibus laboravi non ego autem sed gratia dei mecum.
Sive enim ego sive illi sic predicamus et sic credidistis. Si autem
xpus predicatur quod resurrexit a mortuis quomodo quidam dicunt

in vobis quia resurrectio mortuorum non est. Si autem re-
surrectio mortuorum non est: neque xpus resurrexit. Si autem
xpus non resurrexit: inanis est ergo predicatio nra: inanis
est et fides vra inveniemur autem et falsi testes dei: quoniam
testificati sumus adversus deum quod suscitaverit xpum quem
non suscitavit: si ergo mortui non resurgunt: neque xpus
resurrexit. Quod si xpus non resurrexit: vana est fides vra.
Adhuc estis in peccatis vris. Ergo et qui dormierunt in xpo
perierunt. Si in hac tantum vita sperantes sumus: miserabi-
liores sumus omnibus hominibus. Nunc autem xpus resurrexit a
mortuis primitie dormientium. Quoniam quidem per hominem mors
et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes mo-
riuntur: ita et in xpo omnes vivificabuntur. Unus quisque
autem in suo ordine primitie xpus deinde hi qui sunt xpi: qui
in adventu eius crediderunt. Deinde finis: cum tradiderit
regnum deo et patri: cum evacuaverit omnem principatum et
potestatem et virtutem. Oportet enim illum regnare do-
nec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Novissima
autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub

pedibus eius Cum aut dicat omnia subiecta sunt ei
sine dubio preterea unq subiecit ei omnia Cum aut
subiecta fuerint illi omnia tunc ipe filius subiectus erit illi
q sibi subiecit omnia ut sit deus omnia in omnibus. Alio
quin quid facient q baptizantur a mortuis. Si omnino mor
tui non resurgunt ut quid et baptizantur pro illis. Ut quid
et nos periclitamur omni hora. Cottidie morior propter vram
gloriam fratres quam habeo in xpo ihu dno nro. Si se
cundum hominem ad bestias signavi ephesi quid mihi prodest
si mortui non resurgunt. Manducemus et bibamus cras
enim moriemur. Nolite seduci Corrumpunt mores bonos
colloquia mala Evigilate iusti et nolite pectare Ignoran
tiam enim dei quidam habent Ad vere reverentiam vobis
loquor Set dicit aliquis Quomodo resurgunt mortui. Qua
li aut corpore veniunt. Insipiens tu quod seminas non
vivificatur nisi prius moriatur et quod seminas non
corpus quod futurum est seminas set nudum granum ut pu
tritici aut alicuius ceterorum. Deus aut dat illi corpus sicut
vult et unicuique seminum proprium corpus. Non omnis.

caro eadem caro set alia hominum alia pectorum alia caro
volucrum alia autem piscium et corpora celestia et corpora
terrestria set alia quidem celestium gloria alia autem terrestrium
alia claritas solis et alia claritas lune et alia claritas
stellarum Stella enim abstella differt in claritate Sic et re-
surrectio mortuorum Seminatur in corruptione surget in in-
corruptione Seminatur in ignobilitate surget in virtute Se-
minatur corpus animale surget corpus spiritale Si est cor-
pus animale est et spiritale sicut scriptum est factus est primus
homo adam in animam viventem novissimus adam in spiritum
vivificantem Set non prius quod spiritale est set quod animale
est deinde quod spiritale est Primus homo de terra terrenus
secundus homo de celo celestis Qualis terrenus tales et ter-
reni et quales celestis tales et celestes Igitur sicut portavimus
ymaginem terreni portemus et ymaginem celestis Hoc
autem dico fratres quoniam caro et sanguis regnum dei possidere
non possunt neque corruptio corruptionem possidebit Ecce mi-
sterium vobis dico Omnes quidem resurgemus set non omnes
immutabimur In momento in ictu oculi in novissima tuba

Canet n tuba et mortui resurgent incorrupti et nos in
mutabimur. Oportet n corruptibile hoc induere incorrup-
tionem et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale
hoc induerit immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est
Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria
sua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis
peccatum est virtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit
nobis victoriam per dominum nostrum Ihesum Christum. Itaque fratres
mei dilecti stabiles estote et immobiles abundantes in
opere domini semper scientes quod labor vester non est inanis
in domino

Et collectis autem que fiunt in sanctos sicut ordina-
ui ecclesiis galacie Ita et vos facite per unam sabbati
Unusquisque vestrum apud se reponat recondens quod
ei bene placuerit ut non cum venero tunc collecte fi-
ant. Cum autem presens fuero quos probaueritis per epistolas
hos mittam perferre gratiam vestram in Jherusalem. Quod
si dignum fuerit ut ego eam mecum ibunt. Veniam
autem ad vos cum macedoniam pertransiero. Nam ma-

cedoniam pertransibo apud vos aut forsitan manebo et
etiam hiemabo ut me deducatis quocumque iero. Nolo
enim vos modo in transitu videre. Spero autem me aliquantum
temporis manere apud vos si dominus permiserit. Per-
manebo autem ephesi usque ad pentecosten. Hostium enim
mihi apertum est magnum et evidens et adversarii
multi. Si autem venerit thimoteus videte ut sine tempore
timore sit apud vos. Opus enim domini operatur sicut et ego. Ne-
quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace ut
veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. De apollo autem
fratre significo vobis quia multum rogavi eum ut ve-
niret ad vos cum fratribus et utique non fuit voluntas eius
ut nunc veniret veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vi-
gilate et state in fide viriliter agite et confortamini omnia
vestra in caritate fiant. Obsecro autem vos fratres nostis domum
stephane et fortunati et achaici quoniam sunt primicie
achaie et in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos
ut et vos subditi sitis eius modi et omni cooperanti et la-
boranti. Gaudeo autem in presentia stephane et fortunati

et achaici quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleue-
runt Refecerunt enim et meum spiritum et vestrum. Cognoscite ergo
qui eiusmodi sunt. Salutant vos ecclesie asie. Salutant
vos in domino multum aquila et prisca cum domestica sua
ecclesia apud quos et hospitor. Salutant vos fratres omnes
Salutate invicem in osculo sancto. Salutatio mea manu
pauli. Si quis non amat dominum nostrum ihesum xpm sit ana-
thema maranatha. Gratia domini nostri ihesu xpi vobiscum
Caritas mea cum omnibus vobis in xpo ihesu Amen

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ost pactam penetenciam consolatoriam epplam
scribens eis applus ab eo ade ptitum et collau-
dans eos hortatur ad meliora Contristatos quod eos sit
emendatos ostendit.

Aulus apostolus ihu xpi per voluntatem dei

et thimoteus frater ecclie dei que est corinthi

cum sanctis omnibus qui sunt in universa achaia. Gra-

cia vobis et pax a deo patre nro et dno ihu xpo. Bene-

dictus deus pater dni nri ihu xpi pater misericordiarum

et deus totius consolacionis qui consolatur nos in omni

tribulacione nra ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni

pressura sunt per exortacionem qua exortamur et ipsi a deo

quoniam sicut abundant passiones xpi in nobis ita et per

xpm habundat consolacio nra. Sive enim tribulamur

pro vra exortacione et salute sive exortamur pro vra exor-

tacione que operatur in tolerancia earundem passionum quas

et nos patimur et spes nra firma est pro vobis scientes

quoniam sicut socii passionum estis sic eritis et consolacionis.

Non enim volumus vos ignorare fratres de tribulacione nostra

que facta est in asia quoniam supra modum gravati sumus

supra virtutem ita ut tederet nos etiam vivere set ipsi

in nobis ipsis responsum mortis habuimus ut non simus

fidentes in nobis sed in domino qui suscitat mortuos qui de
tantis periculis eripuit nos et eruit in quem speramus
quoniam adhuc eripiet adiuvantibus et vobis in ora
tione pro nobis ut ex multorum personis facierum eius quod
in nobis est donacionis per multos gratie agantur pro nobis.
Nam gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre quod
in simplicitate et sinceritate dei non in sapientia car
nali sed in gratia dei conversati sumus in hoc mundo
abundancius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis
quam que legistis et cognovistis spero autem quod usque in
finem cognoscetis sicut et cognovistis nos ex parte quia
gloria vestra sumus sicut et vos nostra in die domini nostri ihesu
xpi. Et hac confidencia volui prius venire ad vos ut
secundam graciam haberetis et per vos transire in macedo
niam et iterum a macedonia venire ad vos et a vobis
deduci in iudeam. Cum hoc ergo voluissem numquid
levitate usus sum aut que cogito secundum carnem cogito
ut sit apud me est et non est fidelis autem deus quia ser
mo noster qui fit apud vos non est in illo est et non sed

(59)

est in illo est. Dei enim filius ihesus xpus qui in vobis per nos
predicatus est, per me et silvanum et timotheum non fuit
in illo est et non sed est in illo fuit. Quotquot enim pro
missiones dei sunt in illo est. Ideo et per ipsum amen deo
ad gloriam vestram. Qui autem confirmat nos vobiscum
in xpo et qui iunxit nos deus et qui signavit nos et
dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem
deum in oro maiorem meam quod parens vobis non
veni ultra corinthum non quia dominamur fidei
vestre sed adiutores sumus gaudii vestri. Nam fide statis.

Capitulum

Statui autem hoc ipsum apud me ne iterum in tri
sticia venirem ad vos. Si enim ego contristavi vos et quis est qui
me letificet nisi qui contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi
vobis ut non cum venero tristiciam super tristiciam habeam. De
quibus oportuerat me gaudere confidens in omnibus vobis
quia gaudium meum omnium vestrum est. Nam ex multa tribu
lacione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrimas.
Non ut contristemini sed ut sciatis quam caritatem habeam

[illegible]

Abundantius in vobis. Si quis autem contristavit non me contri-
stavit: sed ex parte ut non onerem omnes vos. Sufficit
illi qui eiusmodi est obiurgatio hec que fit a pluribus: ita ut e con-
trario magis donetis et consolemini: ne forte habundanciori
tristicia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro
vos ut confirmetis in illum caritatem. Ideo enim et scripsi vobis
ut cognoscam experimentum vestrum an in omnibus obe-
dientes sitis. Cui autem aliquid donastis et ego: Nam et
ego quod donavi si quid donavi propter vos in persona Christi ut non
circumveniamur a Sathana: non enim ignoramus cogitaciones eius.
Cum venissem autem Troadem propter evangelium Christi et ostium
mihi apertum esset in Domino non habui requiem spiritui meo:
eo quod non invenerim Titum fratrem meum sed valefaciens
eis profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias qui
semper triumphat nos in Christo Jhesu et odorem noticie sue mani-
festat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo in
his qui salvi fiunt et in his qui pereunt. Aliis quidem odor
mortis in mortem: Aliis autem odor vite in vitam. Et ad hec
quis tam idoneus. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes

[illegible]

verbum dei Set ex sinceritate set sic ex deo coram deo in xpo
loquimur:

Incipimus iterum nos met ipsos commendare. Aut
numquid egemus sicut quidam commendaticiis epistolis ad vos
aut ex vobis Epistola nostra vos estis scripta in cordibus
nostris quam scitur et legitur a omnibus hominibus manifestati
quod epistola estis xpi ministrata a vobis et scripta non
atramento set spiritu dei vivi non in tabulis lapideis
Set in tabulis cordis carnalibus fiduciam autem talem
habemus per xpm ad dominum non quod sufficientes simus
cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis sed sufficientia
nostra ex deo est. Qui et ydoneos nos fecit ministros novi
testamenti non litera set spiritu. literam occidit Spiritus autem
vivificat. Quod si ministratio mortis literis deformata
in lapidibus fuit in gloria. Ita ut non possent intendere
filii israhel in faciem moysi propter gloriam vultus eius
que evacuatur quomodo non magis ministratio spiritus erit
in gloria. Nam si ministratio dampnationis in gloria est
multo magis habundat ministerium iusticie in gloria

Ham nec glificatum est qd claruit in hac parte
propter excellentem gliam. Si n qd euacuat. p glam
est. in lto magis qd manet in glia est. habentes igit
tlem spem multa fiducia vtim. et no sic moyses
ponebat velamen sup faciem suam. vt n intende-
rent filij isrl in faciem eius qd euacuat. Set obtusi
sunt sensus eorum usqz in hodiernum eni diem idipm
velamen in lectione veteris testamenti manet non
reuelatum. qm in xpo euacuatur. Set usqz in hodier-
num diem cum legitur moyses velamen est positum
sup capud eorum. Cum aut conuersus fuit ad dm aufe-
retur velamen. deus aut spus est. Vbi aut spus dni
ibi libertas. Non vero omes reuelata facie gram
dni speculantes in eandem ymaginem transforma-
mur a lacritate in claritatem tanqm a dni spu.

Deo habentes hanc administracoz iuxta
quod in xiam consecuti sumus non deficimus set abdi-
camus occulta dedecoris non ambulantes in astucia

3

(56)

neq; adulterantes verbum dni set manifestacione veritatis
Commendantes nos metipsos ad omnem conscienciam homi
coram deo Quod si eciam optum est ewangelium nostrum
in hijs qui pereunt est optum In quibus deus huius seculi
excecauit mentes infidelium ut non fulgeat illuminacio
ewangelii ygliam xpi qui est ymago deo Non enim nos
metipsos predicamus set ihm xpm dnm nrm Nos
autem seruos vros per ihm Quoniam deus qui dixit de tenebris
lucem splendescere qui luxit in cordibus nris ad
illuminacionem sciencie claritatem dei in faciem xpi ihu Ha-
bemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus ut subli-
mitas virtus dei sit et non ex nobis In omnibus tribu-
lacionem patimur set non angustiamur Aperiamur
set non destituimur Persecucionem patimur set non de-
relinquimur Deicimur set non perimimus Semper mor-
tificacionem ihu in corpore nro circumferentes ut et vita
ihu in corporibus nris manifestetur Semper enim nos qui
viuimus in mortem tradimur propter ihm ut et vita
ihu manifestetur in carne nra mortali Ergo mors

cordi meo optabam enim ego ipse anathema esse pro ipso

pro fratribus meis qui sunt israhelite. quorum adoptio est filiorum

et gloria et testamentum et legislatio: et obsequium

et promissa quorum patres et ex quibus xpus secundum carnem qui est super

omnia deus benedictus in secula amen. Non autem

quod exciderit verbum dei. Non enim omnes qui ex israhel

hi sunt israhelite. neque qui semen sunt abrahe omnes

filii: sed in ysaac vocabitur tibi semen. id est non qui

filii carnis hi filii dei. sed qui filii sunt promissionis esti

mantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: secundum

hoc tempus veniam et erit sare filius. Non solum

autem sed et rebecca ex uno concubitu habens ysaac

patris nostri. Cum enim non dum nati fuissent aliquid

egissent boni aut mali. ut secundum electionem propositum dei

maneret: non ex operibus sed ex vocante dictum est ei

quia maior seruiet minori. sicut scriptum est iacob

dilexi esau autem odio habui Quid ergo dicemus?

Numquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit

Miserebor cuius misereor. et misericordiam prestabo

(13)

cui misertus fuero. Igitur non volentis neque currentis
set misericordis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni quia
in hoc ipsum excitavi te ut ostendam in te virtutem meam
et ut annuncietur nomen meum in universa terra. Ergo
cui vult miseretur et quem vult induret. Dicis itaque
mihi: Quid ergo adhuc queritur? Voluntati enim eius
quis resistit? Numquid dicit ei figmentum ei qui se finxit
quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus
luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem
aliud vero in contumeliam? Quid si volens deus ostendere
iram et notam facere potenciam suam sustinuit in multa
paciencia vasa ire apta in interitum ut ostenderet
divicias gloriae suae in vasa misericordiae quae praepara-
vit in gloriam quos et vocavit nos non solum ex iu-
deis set etiam ex gentilibus sicut in osee dicit Vocabo
non plebem meam plebem meam et non dilectam dilec-
tam et non misericordiam consecutam misericordiam
consecutam et erit in loco ubi dictum est eis non plebs
mea vos ibi vocabuntur filii dei vivi. Esayas autem

clamat pro israhel. Si fuit numerus filiorum israhel
tamquam arena maris reliquie salue fient. Verbum
enim consummans et abbreuians in equitate quia verbum
breuiatum faciet dominus super terram. et sicut predixit esaias
nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen sicut sodo-
ma facti essemus et sicut gomorra similes fuissemus.
Quid ergo dicemus? quod gentes que non sectabantur
iusticiam apprehenderunt iusticiam. iusticiam autem que
ex fide est. israhel vero sectando legem iusticie in
legem iusticie non peruenit. Quare? quia non ex fide
set quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offen-
sionis: sicut scriptum est Ecce pono in syon lapidem
offensionis et petram scandali: et omnis qui credit in
eum non confundetur.

Fratres voluntas quidem cordis mei et obsecratio
ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibebo
illis quod emulationem dei habent. set non secundum scientiam.
Ignorantes enim dei iusticiam et suam querentes statuere iu-
sticie dei non sunt subiecti. finis enim legis christus ad iusticiam

omni credenti. Moyses enim scripsit quoniam iustitia que ex
lege est qui fecerit homo viuet in ea. que autem ex fide
est iustitia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo quis ascendit
in celum id est xpm deducere. aut quis descendit in ab-
yssum. hoc est xpm a mortuis reuocare. Sed quid
dicit scriptura. Prope est verbum in ore tuo et in cor-
de tuo. hoc est verbum fidei quod predicamus. quia si confi-
tearis in ore tuo dominum ihm et in corde tuo credideris
quod deus illum suscitauit a mortuis. saluus eris. Corde
enim creditur ad iustitiam. Ore autem confessio fit in salutem
Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur
Non enim est distinctio iudei et greci. Nam idem dominus omnium
diues in omnes qui inuocant illum. Omnes enim quicumque in-
uocauerit nomen dni saluus erit. Quomodo ergo inuo-
cabunt in quem non crediderunt. Aut quomodo credent ei
quem non audierunt. Quomodo autem audient sine predicante.
Quomodo vero predicabunt nisi mittantur sicut scriptum est. quam
speciosi pedes ewangelizantium bona. Sed non omnes
obediunt ewangelio. Esayas enim dicit. Domine quis credidit

ewangelizantium pacem:

auditui nostro. Ergo fides ex auditu. Auditus autem per ve-
bum xpi. Sed dico numquid non audierunt. Et quidem
in omnem terram exivit sonus eorum. et in fines orbis
terre verba eorum. Sed dico numquid israhel non cognovit.
Primus moyses dicit. Ego ad emulacionem vos adducam
in non gentem. in gentem insipientem. in iram vos mit-
tam. Esayas autem audet et dicit. Inventus sum a non
querentibus me. palam apparui his qui me non in-
terrogabant. Ad israhel autem quid dicit. Tota die expa-
di manus meas ad populum non credentem et contra-
dicentem mihi.

Ico ergo. Numquid repulit deus plebem suam. Ab-
sit. Nam et ego israhelita sum. ex semine abraham
de tribu beniamin. Non repulit deus plebem suam
quam prescivit. An nescitis in helya quid dicit scriptura. quem
admodum interpellat deum adversus israhel. Domine prophe-
tas tuos occiderunt. altaria tua fuffoderunt et ego re-
lictus sum solus et querunt animam meam. Sed quid dicit illi
responsum divinum. Reliqui mihi septem milia vi-

rorum qui non curvaverunt genua ante baal. Sic ergo et
in hoc tempore reliquie secundum electionem gratie salve facte
sunt. Si autem gratia iam non ex operibus alioquin gratia
iam non est gratia. Quid ergo? Quod querebat israhel hoc non
est consecutus. electio autem consecuta est. ceteri vero excecati
sunt. sicut scriptum est: Dedit illis deus spiritum compunctionis
oculos ut non videant et aures ut non audiant. usque
in hodiernam diem. Et david dicit: fiat mensa eorum in
laqueum et in captionem et in scandalum et in retributionem
illis. obscurentur oculi eorum ne videant. et dorsum eorum
illorum semper incurva. Dico ergo: Numquid sic offenderunt
ut caderent? Absit. Sed illorum delictum salus gentibus.
ut illos emulentur. Quod si delictum illorum divitie sunt
mundi et diminutio illorum divitie gentium. quanto ma-
q proprie estis mei quod doctor gentium
gis plenitudo eorum. Vobis enim dico gentibus. quamdiu quidem
semper erit iterum quod vixit applicatus
ego sum gentium apostolus. ministerium meum
quod amplificando et ultra dictum addendo: imitandum me: provocare valeam si iudeos
honorificabo. si quomodo ad emulationem provocem carnem
iudeis / perdicio et reprobacio emulandi
meam. et salvos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio
iudeorum occisionem ingentilos si eorum amissio occisionem fuit reconciliacio gentium assumpcio eorum est vita multo magis gentilium
eorum reconciliatio est mundi. que assumpcio eorum:

ne vitiz ermoztius. Quod si deliberaꝰ sancta ē et
massa et deliberaꝰ / caeteris / primitiae et gentes quae venerunt / sit glo
pro peccatis / pro omnes sanctis / gemmis fidei
massa et si radix sancta et ramis. Quod si aliqui ex ra-
a fide primitiae de primitiae ze / nātura sterilis et amara
resserunt / veniunt de fidelibus gentibus
mi fracti sunt tu autem cum oleaster esses: insertus
in locum fractorum ramorum / qui est legem instituit: et in malum dei spes
aliena opprobrium pietatis fidei praedicatur / tradit applicat
et insertus
et pinguedinis radicis et pinguedinis olivae factus
ergo omnes sapientes / iudaeos et christi sunt /
ne velis gloriari adversus ramos. Quod si gloriaris non
Antipofrad
iudaeos plebem: populus iudaeorum ab hac ate et in aliis diversitatem
studio legis et gratiae /
portas radicem portat te. Dicis ergo fracti
iudaei gloriatur: tenet dignitatem / dignus /
post gratiam: ex gratia:
sunt rami ut ego insererer. Bene propter incredu-
ex merito tuo ante: sapiendo
litatem fracti sunt tu autem fide stas / noli altum sapere
ne et similis / ro: iudaeis qui possunt successisse et hereditatem
stringit: Quia aut fidem
sed time: Si enim deus naturalibus ramis non pepercit ne
oleastro plebem dilexit et iudaea dei
forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem et severi-
multiplicatis
tatem dei: in eos quidem qui ceciderunt severitatem
gentilis et hor
autem bonitatem dei si permanseris in bonitate
a radice fidei et gratiae iudaei
Alioqui et tu excideris. Sed et illi si non permanserint
sed si gentiles ex molitione fidei praedicatione
in incredulitate inserentur. Potens est enim deus iterum
iudaeos plebem gentilis
inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es et oleastro
qui ex natura sua de olivae
et contra naturam insertus es in bonam naturam insertus sic
si gentiles actutem in gentiles de insertione iudaeorum in fine
Antipofrad
olivae. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc / ut
potestas gentilis mysterium mysterium tuo ingenio / infidelis / culpa:
sitis vobis ipsis sapientes: quia caecitas ex parte
ne ex parte plebis arbitrio sit odii caecitatis
contingit in israel donec plenitudo gentium intret

(16)

et sic omnis israhel salvus fieret. sic scriptum est Veniet

ex syon qui eripiat et avertat impietates ab iacob.

et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum.

Secundum ewangelium quidem inimici propter vos. 2 m

electionem autem karissimi propter patres. Sine penitentia enim sunt

dona et vocatio dei. Sicut enim et vos aliquando non credidistis

deo nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incre-

dulitatem. ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericor-

diam ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim

deus omnia in incredulitate. ut omnium misereatur.

altitudo divitiarum sapientie et scientie dei. quam incom-

prehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius

Quis enim cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius

fuit aut quis prior dedit illi et retribuetur illi. ei quo-

niam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. ipsi

gloria in secula seculorum. Amen

Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei. ut exhibe-

atis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem

rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic

seculo. set reformamini in nouitate sensus vestri ut probe-
tis que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta
Dico enim per gratiam que data est mihi omnibus qui sunt inter
vos non plus sapere quam oportet sapere. set sapere
ad sobrietatem. set unicuique sicut diuisit deus men-
suram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus
omnia autem membra non eundem actum habent. ita
multi unum corpus sumus in xpo. singuli autem alter
alterius membra. Habentes autem donaciones secundum gratiam
que data est nobis differentes. siue prophetiam secundum rationem
fidei siue ministerium in ministrando. siue qui docet in doc-
trina. qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit in simpli-
citate. Qui preest in sollicitudine. Qui miseretur in hilaritate
Dilectio sine simulacione. Odientes malum adherentes bo-
no. Caritate fraternitatis inuicem diligentes. Honore
inuicem preuenientes. Sollicitudine non pigri. Spiritu fer-
uentes. domino seruientes. Spe gaudentes. in tribulacione
pacientes. Oracioni instantes. necessitatibus sanctorum
communicantes. hospitalitatem sectantes. Benedicite

persequentibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum
gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum invicem sectantes.
Non alta sapientes sed humilibus consentientes. Nolite
esse prudentes apud vos met ipsos: nulli malum pro malo
reddentes, providentes bona non tantum coram deo: sed etiam
coram omnibus hominibus pacem habentes. Non vos met
ipsos defendentes karissimi: sed date locum ire. Scriptum
est enim: Mihi vindictam ego retribuam. dicit dominus. Sed
si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum da illi.
Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.
Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

Omnis anima potestatibus sublimioribus sub-
dita est. Non est enim potestas nisi a deo. Que autem sunt a deo or-
dinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinacione
resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi dampnacionem acquirunt.
Nam principes non sunt timoris boni operis sed mali.
Vis non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem
ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malefe-

timete. Non enim sine causa gladium portat. Dei
enim minister est. vindex in iram ei qui malum agit.
Ideo necessitate subditi estote. non solum propter iram
sed et propter conscientiam. Ideo enim et tributa prestatis. Mi-
nistri enim dei sunt. in hoc ipsum servientes. Reddite ergo
omnibus debita. cui tributum tributum. cui vectigal vec-
tigal. cui timorem timorem. cui honorem honorem.
Nemini quicquam debeatis. nisi ut invicem diligatis.
Qui enim diligit proximum legem implevit. Nam non adulte-
rabis. non occides. non furaberis. non falsum testimo-
nium dicis. non concupiscis. et si quid est aliud mandatum
in hoc verbo instaurat. Diliges proximum tuum sicut
teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus.
quia hora est iam de somno surgere. Nunc enim propior
est nostra salus. quam cum credidimus. Nox precessit. dies
autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et
induamur arma lucis. sicut in die honeste ambulemus
non comessationibus et ebrietatibus non cubilibus

et impudicijs non in contencione et emulacione sed in diui
num dnm ihm xpm. et carnis cura ne feceris in
desiderijs

Infirmum aut in fide assumite. non in discepta
cionibus cogitacionum. Alius n credit manducare se omia.
qui aut infirmus est. holus manducet Is qui ma
ducat no manducantem non spernat. et q no man
ducat manducantem no iudicet. Deus n illum assumpsit
Tu qs es qui iudices alienum seruum. Suo dno stat a
cadit Stabit aut. potens est n deus statuere illum.
Nam alius iudicat diem inter diem. alius iudicat oem
diem Unus qsq in suo sensu abundet Qui sapit diem
dno sapit. et q manducat dno manducat Gras n
agit deo. et q no manducat dno non manducat. Et gras
agit deo Nemo n nrm sibi viuit. et nemo sibi morit.
Siue n viuimus dno foiuimus. siue morimur dno
morimur Siue ergo viuimus siue morimur dni
sumus. In hoc n xps mortuus est et resurrexit. vt
et viuorum et mortuorum dominetur. Tu aut qd iudicas

fratrem tuum. Aut tu quare spernis fratrem tuum. Omnes
enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim Vivo ego dicit
dominus. quoniam mihi flectetur omne genu et omnis lingua
confitebitur deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet
deo. Non ergo amplius invicem iudicemus. sed hoc iu-
dicate magis. ne ponatis offendiculum fratri vel standa-
lum. Scio et confido in domino ihesu. quia nil commune per ipsum
nisi ei qui existimat quid commune esse. illi commune est. Si
enim propter cibum frater tuus standalizatur aut contristatur. iam
non secundum caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum
perdere. pro quo xpistus mortuus est. Non ergo blasphemetur
bonum nostrum. Non est enim regnum dei esca et potus. sed
iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc
servit xpo. placet deo et probatus est hominibus. Itaque que
pacis sunt sectemur. et que edificationis sunt in invicem
custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei. Omnia
quidem munda sunt. sed malum est homini qui per offendi-
culum manducat. Bonum est non manducare carnem
et non bibere vinum. neque in quo frater tuus offendit. aut

scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem quam habes pe-
nes temetipsum habe coram deo. Beatus qui non iudicat
semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit si man-
ducaverit dampnatus est quia non ex fide. Omne autem
quod non ex fide peccatum est. Capitulum decimum undecimum

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infir-
morum sustinere et non nobis placere. Unusquisque vestrum
proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Etenim xpus
non sibi placuit sed sicut scriptum est improperia imprope-
rantium tibi ceciderunt super me. Quecumque enim scripta sunt
ad nostram doctrinam scripta sunt ut per patientiam et conso-
lationem scripturarum spem habeamus. Deus autem pacientie
et solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum
ihesum xpum ut unanimes uno ore honorificetis deum
et patrem domini nostri ihesu xpi. Propter quod suscipite invicem
sicut et xpus suscepit vos in honorem dei. Dico enim xpum
ihesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei
ad confirmandas promissiones patrum. gentes autem super

[illegible]

iniquitatis honorare dominum sicut scriptum est. Propter hoc confi-
faciam gentes te confitendo ore — cordis letificacionem
tebor tibi in gentibus domine et nomini tuo cantabo. Et
assumpti ex omnia scilicet iudeis
iterum dicit letamini gentes cum plebe eius. Et iterum
barbare gracie et latini — quia auxit et fecit crescere populum suum
laudate omnes gentes dominum et magnificate eum omnes
12 tribus israel — II c. — de gallis — gracie — pro
populi. Et rursum esaias ait erit radix iesse et qui
exurget regere gentes in eum gentes sperabunt. Deus
quo ad vos — quo ad proximum — quo ad deum
autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo
creatores sitis — fodere bone operacionis quam dat sibi
ut abundetis in spe et virtute spiritus sancti. Certus sum
in fide
autem fratres mei et ego ipse de vobis quoniam et ipsi ple-
dei et proximi — vere et non legis
ni estis dilectione repleti omni scientia ita ut possitis al-
scilicet superiores inferiores: non tenere
terutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres
scilicet perfecti et ecclesie dei scilicet prius audita et oblita
ex parte tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam
que data est mihi a deo ut sim minister christi ihesu
sciencia ostendens — opere et verbo
in gentibus sanctificans evangelium dei ut fiat oblacio
scilicet fiat bona operacione
gencium accepta sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur
sic faciunt pseudo apostoli
gloriam in christo ihesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui
sua gratia
eorum que per me non efficit christus in obedienciam gen-
minorum miraculorum — ad deum
cium verbo et factis in virtute signorum et prodigiorum
incipiendo a me — ad deum
in virtute spiritus sancti ita ut ab ierusalem per circuitum

usque ad illiricum repleuerim ewangelium xpi. Sic autem
hoc predicaui ewangelium. non vbi nominatus est xpus ne
super alienum fundamentum edificarem. Sed sicut scriptum
est. quibus non est annunciatum de eo videbunt. et qui
non audierunt intelligent. Propter quod et impedie-
bar plurimum venire ad vos et prohibitus sum usque ad
Nunc vero vltiorem locum non habens veniendi ad vos
ex multis iam precedentibus annis. cum in hispaniam profici-
sci cepero: spero quod preteriens videam vos. et a vo-
bis deducar illuc si vobis primum ex parte fruitus fuero
Nunc igitur proficiscar in ierusalem ministrare sanctis.
Probauerunt enim macedonia et achaia collacionem
aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in ierusalem.
Placuit enim eis. et debitores eorum sunt. Nam si spiritua-
lium eorum participes facti sunt gentiles. debent et in carna-
libus ministrare eis. Hoc igitur cum consummauero
et assignauero eis fructum hunc. proficiscar per vos in
hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos in abun-
dancia benedictionis xpi veniam. Obsecro igitur vos

fratres per dominum nostrum ihesum xpm et per caritatem spiritus sancti ut
adiuvetis me in orationibus vestris pro me ad dominum ut liberer
ab infidelibus qui sunt in iudea et obsequium meum ob-
latio accepta fiat in ierosolima sanctis. ut veniam ad vos
in gaudio per voluntatem dei et refrigerer vobiscum
Deus autem pacis sit cum omnibus vobis Amen

Omendo autem vobis phebem sororem nostram
que est in ministerio ecclesie que est cenchris ut eam
suscipiatis in domino digne sanctis et assistatis ei in quo-
cumque negocio vestri indiguerit. Etenim ipsa quoque astitit
multis. et mihi ipsi Salutate priscillam et aquilam
adiutores meos in xpo ihesu. qui pro anima mea suas
cervices subposuerunt. quibus non solum gratias ago. set
et cuncte ecclesie gentium et domestica eorum ecclesia Sa-
lutate ephenetum dilectum mihi. qui est primitivus
asie in xpo ihesu Salute mariam que multum laboravit
in vobis Salutate andronicum et iuliam cognatos et con-
captivos meos. qui sunt nobiles in apostolis. qui et

ante me fuerunt in xpo Salutate ampliatum dilectissimum
milii in dno Salutate urbanum adiutorem nrm in xpo
et stachyn dilectum meum Salutate appellen probum in xpo
Salutate eos qui sunt ex aristoboli domo Salutate
erodionem cognatum meum Salutate eos qui sunt ex nar-
cissi qui sunt in dno Salutate triphenam et trifosam
que laborant in dno Salutate persidam carissimam
que multum laboravit in dno Salutate rufum electum
in dno et matrem eius et meam Salutate sincretum fle-
gontam hermen patrobam hermam et qui cum eis
sunt fratres Salutate filologum et iuliam nereum et so-
rorem eius et olympiadem et omnes qui cum eis sunt sctos
Salutant vos omnes ecclie xpi Rogo autem vos fratres ut ob-
servetis eos qui dissensiones et offendicula preter doctrinam
quam vos didicistis faciunt et declinate ab illis huiusmodi
enim xpo dno non serviunt set suo ventri et per dulces
sermones et benedictiones seducunt corda innocentium.
Vestra enim obediencia in omnem locum divulgata est Gau-
deo igitur in vobis. Set volo vos sapientes esse in bono

et simplices in malo. Deus autem pacis conteret satanam
sub pedibus vestris velociter: Gratia domini nostri ihesu xpi
vobiscum. Salutat vos thimoteus adiutor meus
et lucius et iason: et sosipater cognati mei. Saluto
vos ego tercius qui scripsi epistolam in domino. Salutat
vos gaius hospes meus. et universe ecclesie gentium
Salutat vos erastus arcarius civitatis et quartus fr
Si autem qui potens est vos confirmare iuxta evangelium
meum et predicacionem ihesu xpi secundum revelacionem misterii
temporibus eternis taciti quod nunc patefactum est
per scripturas prophetarum secundum preceptum eterni dei ad obedi-
cionem fidei in cunctis gentibus cognitum solo sapienti
deo per ihesum xpm cui est honor et gloria in secula seculorum
Amen. Gratia domini nostri ihesu xpi cum omnibus vobis. Amen

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

[illegible]

¶ Precepto dni salvatoris admonitus paulus venit corinthum que est metropolis civitas achaice provincie grecorum ubi moratus est anno integro et mensibus sex ibique instanter predicavit eum in tantum et pene omnes eiusdem civitatis habitatores ad fidem xpi converterent.

¶ Corinthii sunt achaici hii ab ipso paulo conversi sunt sed postea per pseudo multifarie subversi ut de baptistis se iactarent et contempto apostolo de sapientibus seculi. Sunt et alia tamen [illegible] nonnulla [illegible] stribat eis apostolus astismaticis revocans ad unitatem —

Corinthii sunt achaici. Et hii similiter ab apostolo audierant verbum veritatis et subversi sunt multifarie a falsis apostolis quidam ad philosophiam verbose eloquentie. alii ad secta legis iudaice inducti. Hos revocat apostolus ad veram et evangelica fidem. stribens eis a bepheso parti motheum discipulum suum:

Explicit epistola ad romanos incipit argumentum in epistolam ad corinthios prima:

Postquam apostolus scripsit corinthiis instruens eos de sacramentis ecclesie in epistola prima hic [illegible] ecclesie [illegible] epistola [illegible] apostolus [illegible] pseudo apostolos [illegible] apostolus [illegible] commendans apostolos vos et eorum doctrinam [illegible] epistola in 2 partes [illegible] salvatoris [illegible] incipit [illegible] salvatoris [illegible] apostolus [illegible] ad romanos [illegible] ad corinthios [illegible] mala [illegible] apostolo [illegible] epistolam [illegible] salutare [illegible]

Et sosthenes Ecce peruenit inter eos [illegible] culpa eorum se restituisse [illegible] frater [illegible] dominum [illegible] malo [illegible] et [illegible] [illegible] et desiderio [illegible] [illegible] reliquam veritatis [illegible] retinebat [illegible] eos adeo [illegible] dimiserant [illegible] credebant quod ecclesia dei essent [illegible] baptizati [illegible] crucifixus esset [illegible] appetitum adeo [illegible] bona mente [illegible]

Paulus vocatus apostolus xpi ihu per volun-
tatem dei et sosthenes frater ecclesie dei que
est corinthi sanctificatis in xpo ihu vocatis sanctis
cum omnibus qui invocant nomen dni nri ihu xpi in omni
loco ipsorum et nro. Gracia vobis et pax a deo patre
nro et dno ihu xpo. Gracias ago deo meo semper pro vobis
in gracia dei que data est vobis in xpo ihu quia in omnibus
divites facti estis in illo in omni verbo et in omni scia
sicut testimonium xpi confirmatum est in vobis ita ut
nihil vobis desit in ulla gra expectantibus revelacionem
dni nri ihu xpi qui et confirmabit vos usque in finem
sine crimine in die adventus dni nri ihu xpi fidelis
deus per quem vocati estis in societatem filii eius ihu xpi
dni nri. Obsecro autem vos fratres per nomen dni nri
ihu xpi ut idipsum dicatis omnes et non sit in vobis
scismata sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem
scientia. Significatum est enim mihi de vobis fratres
mei ab his qui sunt cloes quia contenciones sunt

interpos. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit. Ego
quidem sum pauli. Ego autem apollo. Ego vero cephe.
Ego autem christi. Divisus est christus. Numquid paulus cru-
cifixus est pro vobis. Aut in nomine pauli baptizati estis.
Gratias ago deo meo quod neminem baptizavi vestrum
nisi crispum et gaium. Ne quis dicat quod in nomine
meo baptizati sitis. Baptizavi autem et stephane
domum ceterum nescio si quem alium baptizaverim. Non
enim misit me christus baptizare sed evangelizare. Non
in sapientia verbi ut non evacuetur crux christi.
Verbum enim crucis perentibus quidem stultitia est. His autem
qui salvi fiunt idest nobis virtus dei est. Scriptum
est enim Perdam sapientiam sapientium et prudentiam
prudentium reprobabo. Ubi sapiens ubi scribas. Ubi
conquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit deus
sapientiam huius mundi. Nam quia in dei sapientia non cogno-
vit mundus per sapientiam deum placuit deo per stultitiam
predicationis salvos facere credentes. Quoniam et Iu-
dei signa petunt et greci sapientiam querunt. Nos autem

predicamus xpm crucifixum iudeis quidem scandalum
gentibus autem stulticiam ipsis autem vocatis iudeis atque
grecis xpm dei virtutem et dei sapienciam quia quod stultum
est dei sapiencius est hominibus et quod infirmum est dei
forcius est hominibus Videte enim vocacionem vestram fratres quia
non multi sapientes secundum carnem sed multi potentes
non multi nobiles sed que stulta sunt mundi eligit deus
ut confundat sapientes et infirma mundi eligit deus
ut confundat forcia et ignobilia mundi et contemptibilia
eligit deus et que non sunt ut ea que sunt destrueret
ut non glorietur omnis caro in conspectu eius Ex ipso
autem vos estis in xpo ihu qui factus est nobis sapiencia
a deo et iusticia et sanctificacio et redempcio ut quemadmodum
scriptum est qui gloriatur in domino glorietur.

Secundum Capitulum

Et ego cum venissem ad vos fratres veni non per
sublimitatem sermonis aut sapiencie annuncians
vobis testimonium xpi Non enim iudicavi scire me
aliquid inter vos nisi xpm ihm et hunc crucifixum.

Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui
apud vos. et sermo meus et predicacio mea non in per-
suasibilibus humane sapiencie verbis. set in osten-
sione spiritus et virtutis. ut fides vestra non sit in sapiencia
hominum set in virtute dei. Sapiencia autem loquimur inter perfectos
sapiencia vero non huius seculi neque principum huius seculi que
destruuntur. set loquimur dei sapiencia in misterio que ab-
scondita est. quam predestinavit deus ante secula in gloriam
nostram. quam nemo principum huius seculi cognovit.
Si enim cognovissent. numquam dominum glorie crucifixissent
Set sicut scriptum est. quod oculus non vidit nec auris au-
divit nec in cor hominis ascendit. que preparavit deus
his qui diligunt illum. nobis autem revelavit deus
per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur. etiam profundi
dei. Quis enim scit hominum que sunt hominis. nisi spiritus hominis
qui in ipso est. Itaque et que dei sunt nemo cognovit
nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus
set spiritum qui ex deo est. ut sciamus que a deo donata
sunt nobis. que et loquimur non in doctis humane

sapienciae verbis sed in doctrina spiritus et virtutis.
spiritalibus spiritalia comparantes. Animalis autem homo
non percipit ea quae sunt spiritus dei. Stultitia est enim illi.
et non potest intelligere quia spiritualiter examinatur.
Spiritalis autem iudicat omnia. et ipse a nemine iudi-
catur. Quis enim cognovit sensum domini qui instruat eum.
Nos autem sensum xpi habemus. Tertium capitulum

Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spi-
ritalibus sed quasi carnalibus tamquam parvulis in xpo.
Lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim potu-
eratis sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales.
Cum enim sit inter vos zelus et contentio nonne
carnales estis et secundum hominem ambulatis.
Cum enim quis dicat. ego quidem sum pauli alius autem ego apollo nonne
homines estis. Quid igitur est apollo. Quid vero paulus.
Ministri eius cui credidistis. et unusquisque sicut dominus dedit
ego plantavi apollo rigavit. sed deus incrementum dedit.
Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed qui

incrementum dat deus. Qui plantat autem et qui rigat
unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet
secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Dei agri-
cultura estis. Dei edificatio estis. Secundum gratiam que data
est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui.
Alius autem superedificat. Unusquisque autem videat quomodo
superedificet. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id
quod positum est. quod est xpus ihs. Si quis autem superedi-
ficat supra fundamentum hoc aurum argentum lapi-
des preciosos ligna fenum stipulam. Unicuique opus
manifestum erit. Dies enim domini declarabit quia in
igne revelabitur. et unius cuiusque opus quale sit
ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedi-
ficavit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit
detrimentum patietur. ipse autem salvus erit sic ta-
men quasi per ignem. Nescitis quia templum dei estis.
et spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem templum dei
violaverit. disperdet illum deus. Templum enim dei sanc-
tum est. quod estis vos. Nemo vos seducat. Si quis

videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat

ut sit sapiens Sapientia n. hujus mundi stultitia est

apud deum Scriptum est enim Comprehendam sapi

entes in astutia eorum et iterum Dns novit cogitationes

hominum quoniam vane sunt Itaque nemo gloriet in hom

bus Omnia n. vestra sunt sive paulus sive apollo sive

cephas sive mundus sive vita sive mors sive presentia

sive futura Omnia n. vestra sunt vos autem xpi xpi autem

dei

Sic nos existimet homo ut ministros xpi et dispe

satores mysteriorum dei Hic iam quaritur inter dispe

satores ut fidelis quis inveniatur Mihi autem pmi

nimum est ut a vobis iudicer aut ab humano die sed

neque me ipsum iudico Nihil n. mihi conscius sum

sed non in hoc iustificatus sum Qui autem iudicat me

Dns est Itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque

veniat Dns qui et illuminabit abscondita tenebrarum

et manifestabit consilia cordium et tunc laus erit unicuique

a deo Hec autem fratres transfiguravi me et apollo

propter vos. ut in vobis discatis ne supra quam scriptum
est unus adversus alterum infletur pro alio. Quis enim te
discernit. Quid autem habes quod non accepisti. Si autem
accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Iam sa-
turati estis. iam divites facti estis sine nobis regnatis
et utinam regnaretis ut et nos vobiscum regnaremus.
Puto enim deus non apostolos novissimos ostendit tam-
quam morti destinatos. quia spectaculum facti sumus mundo
et angelis et hominibus. Nos stulti propter christum vos autem
prudentes in christo. nos infirmi vos autem fortes. vos
nobiles nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esu-
rimus et sitimus et nudi sumus et colaphis cedimur.
et instabiles sumus et laboramus operantes manibus nostris.
Maledicimur et benedicimus. persecutionem patimur et susti-
nemus. blasphemamur et obsecramus. tanquam
purgamenta huius mundi facti sumus. omnium peripsima
usque adhuc. Non ut confundam vos hec scribo. set ut
filios meos carissimos moneo. Nam si decem milia
pedagogorum habeatis in christo. set non multos patres

Nam in xpo ihu per euangelium ego vos genui. Rogo er-
go vos imitatores mei estote. Ideo misi ad vos thimo-
theum qui est filius meus carissimus et fidelis in dno
qui vos commonefaciat vias meas que sunt in xpo
ihu sicut vbique in omni ecclia doceo. Tanquam non ven-
turus sum ad vos. sic inflati sunt quidam. veniam autem
cito ad vos si dnus voluerit. et cognoscam non sermonem
eorum qui inflati sunt sed virtutem. Non enim in sermone
regnum dei sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam
ad vos an in caritate et spiritu mansuetudinis.

Cum autem auditur inter vos fornicacio et talis
fornicacio qualis nec intergentes. ita ut uxorem patris
aliquis habeat. Et vos inflati estis. et non magis luc-
tum habuistis ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus
fecit. Ego quidem absens corpore presens autem spiritu. Iam
iudicaui ut presens eum qui sic operatus est in nomine
dni nri ihu xpi congregatis vobis et meo spiritu
cum virtute dni ihu tradere huiusmodi satane in interi-

tum carnis. ut spiritus saluus sit in die dni nri
ihu xpi. Non bona gloriatio vra. Nescitis quia
modicum fermentum totam massam corrumpit. Ex-
purgate vetus fermentum. ut sitis noua conspersio
sicut estis asimi. Etiam pasta nrm immolatus est xps
Itaque epulemur. non in fermento veteri neque infer-
mento malicie et nequicie sed in asimis sinceritatis
et veritatis. Scripsi vobis in epistola ne commistea-
mini fornicariis. non vtique fornicariis huius mundi. aut
auaris aut rapacibus aut ydolis seruientibus. Alioquin
debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vo-
bis non commisceri. si is qui frater nominatur est for-
nicator aut auarus. aut ydolis seruiens. aut male-
dicus aut ebriosus aut rapax. cum eiusmodi nec cibum
sumere. Quid enim mihi de hiis que foris sunt iudicare.
Nonne de hiis que intus sunt vos iudicatis. Nam eos
qui foris sunt deus iudicabit. Auerte malum ex vobis
ipsis. Audetis aliquis vrm habens negocium aduer-
sus alterum iudicari apud iniquos. et non apud sanctos.

Dixi quod dicit Cum dicitur quod intus sunt iudicaturus et tamen aliquis vestrum

Videt aliquis vestrum habens negocium adversus al-
iudicium petere paganos et infideles fideles fratres

terum iudicari apud iniquos et non apud sanctos.
vere scire deberetis appellari et iusti inferiori auctoritate assessoria quod sic est

An nescitis quia sancti de hoc mundo iudicabuntur. Et si
quod ad suos amatores i. digni culpa

in vobis iudicabitur hic mundus et indigni estis qui
negociis coram gentilibus scire potestis appostatas nos fideles

de minimis iudicetis. Nescitis quoniam angelos iudicabimus
negocia possumus scilicet negocia quod ad corpus et res pertinet iudicare

quanto magis secularia. Secularia igitur iudicia si habue-
ritis. contemptibiles qui sunt in ecclesia illos consti-
tuite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico: Sic
non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudi-
care inter fratrem suum sed frater cum fratre iudicio con-
tendit. et hoc apud infideles. Iam quidem omnino de-
lictum est in vobis. quod iudicia habetis inter vos.
Quare non magis iniuriam accipitis. Quare non magis
fraudem patimini. Sed vos iniuriam facitis et frau-
datis et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum
dei non possidebunt. Nolite errare. neque fornicari
neque ydolis servientes. neque adulteri. neque molles. neque
masculorum concubitores. neque fures. neque avari. neque
ebriosi. neque maledici. neque rapaces regnum dei possi-

debuit Et hec quidem fuistis. set abluti estis set sanc-
tificati estis set iustificati in nomine domini nostri ihesu xpi et
in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent. set non omnia expe-
dunt. Omnia mihi licent. set ego sub nullius
redigar potestate. Esca ventri et venter escis. Deus autem hunc
et has destruet. corpus autem non fornicationi sed do-
mino et domino corpori. Deus vero et dominum
suscitavit. et nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis
quia corpora vestra membra xpi sunt. Tollens ergo mem-
bra xpi faciam membra meretricis. Absit an nescitis
quoniam qui adheret meretrici unum corpus efficitur.
Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autem adheret
domino unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum
quodcumque fecerit homo extra corpus est. Qui autem forni-
catur in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra
vestra templum est spiritus sancti qui in vobis est quem
habetis a deo et non estis vestri. Empti enim estis pretio
magno. Glorificate et portate deum in corpore vestro.

Equibus autem scripsistis mihi bonum est homini mu-
lierem non tangere. propter fornicationem autem unaquaeque suam
uxorem habeat et unaqueque suum virum habeat. Uxo-
ri vir debitum reddat. similiter autem et uxor viro. Mulier
sui corporis potestatem non habet set vir. similiter
autem et vir sui corporis potestatem non habet set vir mulier.
Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu ad
tempus ut vacetis orationi et iterum revertimini in id
ipsum. ne temptet vos satanas propter incontinentiam
vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum im-
perium. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Set
unusquisque proprium habeat donum ex deo. alius sic quidem alius
vero sic. Dico autem non nuptis et viduis. Bonum est illis
si sic permanserint sicut et ego. Quod si se non conti-
nent nubant. Melius est enim nubere quam vri. His autem
qui matrimonio iuncti sunt. precipio non ego set dominus
uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit ma-
nere innuptam aut viro suo reconciliari. et vir uxorem
non dimittat. Hanc ceteris ego dico non dominus. Si quis fr-

uxorem habeat infidelem et hec consentit habitare
fidelis
cum illo non dimittat illam. Et si qua mulier habet
vir infidelis
virum infidelem et hic consentit habitare cum illa non
dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis
in muliere fideli. et sanctificata est mulier infidelis
per virum fidelem. Alioquin filii vestri immundi essent.
Nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit. Disce
dat. Non est enim subiectus seruituti frater aut soror
in eiusmodi. In pace autem vocauit nos deus. Unde
fidelis
enim scis mulier si virum saluum facies. aut unde scis vir si
mulierem saluam facies. nisi unicuique sicut diuisit dominus.
Unumquemque sicut vocauit deus ita ambulet. et sic in omni-
bus ecclesiis doceo. Circumcisus aliquis vocatus est. non
adducat preputium. In preputio aliquis vocatus est. non
circumcidatur. Circumcisio nihil est et preputium
nihil est sed obseruatio mandatorum dei. Unusquisque
autem in qua vocatione vocatus est. in ea permaneat.
Seruus vocatus est non sit tibi cure. sed et si potes
liber fieri magis utere. Qui enim in domino vocatus est

seruus / libertus est dni. Sil'r qui liber vocatus est / seruus
est xpi. Precio empti estis / nolite fieri serui hoim. Vnus
quisque in quo vocatus est frater / in hoc permaneat apud
deum. De virginibus aut preceptum dni non habeo / con-
silium aut deo tanquam misericordiam consecutus ad no
ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter
instantem necessitatem / quoniam bonum est homini sic esse.
Alligatus es uxori / noli querere solucionem. Solutus es ab
uxore / noli querere uxorem. Si aut acceperis uxorem
non peccasti / et si nupserit virgo non peccabit. Tribu-
lacionem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego aut vobis parco
Hoc itaque dico fratres. Tempus breue est / reliquum est
ut et qui habent uxores tanquam non habentes sint /
et qui flent tanquam non flentes / et qui gaudent tanquam
non gaudentes / et qui emunt tanquam non possidentes /
et qui vtuntur huic mundo tanquam non vtantur. Preterit
enim figura huius mundi. Volo aut vos sine sollicitudine
esse. Qui sine uxore est sollicitus est que dni sunt quo-
modo placeat deo / qui aut cum uxore est sollicitus est

que sunt mundi quomodo placeat uxori. et diuisus est
Et mulier innupta et cogitat virgo que domini sunt
ut sit sancta et corpore et spiritu. Que autem nupta est
cogitat que sunt mundi quomodo placeat viro. Porro
hoc ad utilitatem vestram dico non ut laqueum vobis inici
am set ad id quod honestum est. et quod facultatem prebeat sine
impedimento dominum obsecrandi. Si quis autem turpem
se videri existimat super virgine sua quod sit supadul-
ta et ita oportet fieri quod vult faciat non peccat si nu-
bat. Nam qui statuit in corpore corde suo firmus non
habens necessitatem. potestatem autem habet sue volun-
tatis et hoc iudicabit in corde suo seruare virginem
suam. benefacit. Igitur et qui matrimonio iungit
virginem suam benefacit. et qui non iungit melius
facit. Mulier alligata est. quanto tempore vir eius vi-
uit. Quod si dormierit vir eius liberata est. cui vult
nubat. tantum in domino. Beatior autem erit. si sic per-
manserit secundum meum consilium. Puto autem quod et
ego spiritum dei habeam.

Ethijs aut que ydolis sacrificantur scimus quia
omnes sciencia habemus sciencia inflat caritas vero
edificat si quis se existimat scire aliquid non dum cognouit
quemadmodum oporteat eum scire si quis aut diligit deum
hic cognitus est ab eo. De estis aut que ydolis immo-
lantur scimus quia nil est ydolum in mundo et quod nul-
lus deus nisi unus. Nam et si sunt qui dicantur dii siue
in celo siue in terra siquidem sunt dii multi et domini
multi nobis tamen unus deus pater ex quo omnia et
nos in illo et unus dominus ihesus xpistus per quem omnia et nos per
ipsum. Set non in omnibus est sciencia. Quidam n. conscientia
usque nunc ydoli quasi ydolothitum manducant et conscientia
ipsorum cum sit infirma polluitur. Esca aut nos non com-
mendat deo. Neque n. si manducaverimus ab undamus
bimus neque si non manducaverimus deficiemus. Videte
aut ne forte hec licencia vra offendiculum fiat infirmis
Si n. quis viderit eum qui habet sciam in ydolio recum-
bentem nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur
ad manducandum ydolothica et peribit infirmus in tua

conscientia fratri propter quem xpus mortuus est. Sic aut
peccantes in fratres et percutientes conscientiam eorum in
firmam in xpo peccatis. Qua propter si esca scandalizat
fratrem meum non manducabo carnem in eternum ne fratrem
meum scandalizem

Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne ihesum
dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in domino? Et
si aliis non sum apostolus sed tamen vobis sum. Nam
signaculum appostolatus mei vos estis in domino. mea
defensio apud eos qui me interrogant hec est. Numquid
non habemus potestatem manducandi et bibendi? Numquid
non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi
sic et ceteri apostoli et fratres domini et cephas. Aut so-
lus ego et barnabas non habemus potestatem hoc operandi?
Quis militat suis stipendiis unquam? Quis
plantavit vineam et fructum eius non edit? Quis
pascit gregem et de lacte gregis non manducat?
Numquid secundum hominem hec dico? An et lex hec non

dicit. Scriptum est enim in lege moysi. Non alligabis
os boui trituranti. Numquid de bobus cura est deo? An
propter nos utique dicit? Nam propter nos scripta sunt. quo-
niam debet in spe qui arat arare et qui triturat in spe
fructus percipiendi. Si nos vobis spiritalia seminauimus
magnum est si carnalia vestra metamus? Si alij potestatis
vestre participes sunt. quare non potius nos? Set non vsi
sumus hac potestate set omnia sustinemus. ne quod offendi-
culum demus euangelio xpi. Nescitis quoniam qui in sa-
crario operantur que de sacrario sunt edunt. Et qui al-
tario deseruiunt cum altario participantur? Ita et do-
minus ordinauit his qui euangelium annunciant de euan-
gelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum. Non scripsi
autem hec ut ita fiant in me. Bonum est enim mihi magis mori
quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam si euan-
gelizauero non est mihi gloria. necessitas enim mihi in-
cumbit. Ve enim mihi est. si non euangelizauero. Si enim
volens hoc ago mercedem habeo. si autem inuitus dispen-
satio mihi credita est. Que est ergo merces mea? ut euan-

gelium predicare sine sumptu ponam evangelium
ut non abutar potestate mea in evangelio. Liberum ad lib
essem omnibus omnium me servum feci ut plures lucri
facerem et factus sum iudeis tanquam iudeus ut iudeos
lucrarer his qui sub lege sunt quasi sub lege essem
cum ipse non essem sub lege ut eos qui sub lege erant
lucrifacerem his qui sine lege erant tanquam sine lege
essem cum sine lege dei non essem set in lege christi essem
ut lucrifacerem eos qui sine lege erant factus sum infir
mis infirmus ut infirmos lucrifacerem omnibus omnia
factus sum ut omnes facerem salvos. Omnia autem fa
cio propter evangelium ut particeps eius efficiar. Nescitis
quod hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt set unus
accipit bravium. Sic cudite ut comprehendatis. Omnis
autem qui in agone certat ab omnibus se abstinet et
illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant nos
autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in in
certum sic pugno non quasi aerem verberans set
castigo corpus meum et in servitutem redigo ne forte

Nolo volenti comprehendere sic sed agendum non in baptismo et ex sacra sufficiunt ut quidam putant: sic nec Iudeis beneficia dei valuerunt
tamen post peccaverunt exemplo iudeos qui negligentia sua offenderunt sollicitos facit. Sub nube quia omnia in figura nostri.
Manna et aquam dicit spiritualia dicit quia non dei potestate parata nam sed dei potestate parata habentia figuram futuri mysterii: petra
xpus sequebatur quia ubi humanum deficiebat suffragium ibi aderat dominus.

cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar

instituto eius fidei nostri dominus

Nolo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri
tam boni quam mali protegentes mersis hostibus
omnes sub nube fuerunt et omnes mare transierunt et omnes
in moysen baptizati sunt in nube et in mari et omnes
eandem escam spiritualem manducaverunt et omnes eundem
potum spiritualem biberunt. bibebant autem de spirita
li consequenti eos petra. petra autem erat xpus. sed non
in pluribus eorum beneplacitum est deo. nam prostrati sunt
in deserto. Hec autem in figura facta sunt nostri ut non simus
concupiscentes malorum sicut et illi concupierunt. neque
idolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis. quemadmodum scriptum
est sedit populus manducare et bibere et surrexerunt
ludere. neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati
sunt. et ceciderunt una die viginti tria milia neque
temptemus xpum sicut quidam eorum temptaverunt et a ser
pentibus perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia
in figura contingebant illis scripta autem sunt ad cor
reptionem nostram in quos fines seculorum devenerunt. Itaque

qui se existimat stare videat ne cadat. Tentatio
vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est
qui non patietur vos tentari super quod potestis
facient cum tentatione etiam proventum. ut possitis
sustinere. Propter quod karissimi fugite a idolorum
cultura. Ut prudentibus loquor vos ipsi iudicate quod dico
calicem benedictionis cui benedicimus. Nonne communicatio
sanguinis xpi est. Et panis quem frangimus nonne
participatio corporis dni est. Quoniam unus panis
unum corpus multi sumus. Omnes qui de uno pane et
de uno calice participamus. Videte israhel secundum
carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt
altaris. Quid ergo dico. Quid idolis immolatum sit
aliquid an quod idolum sit aliquid. Sed quia immolant
gentes. demoniis immolant non deo. Et nolo autem vos
consortes fieri demoniorum. Non potestis calicem bibere
domini et calicem demoniorum non potestis mensae
dni participes esse et mensae demoniorum. An emulamur
dominum. Et iuxta fortiores illo sumus. Omnia

mihi licent sed non omnia expediunt. Omnia licent sed
non omnia edificant. Nemo quod suum est querat sed
quod alterius. Omne quod in macello venit manducate nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra et
plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium et volitis
ire omne quod vobis apponitur manducate nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc immolatum
est idolis nolite manducare propter illum qui indicavit
et propter conscientiam conscientiam non dico tuam sed alterius.
Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia.
Si enim ego cum gratia participo quid blasphemor pro
quo gratias ago. Sive ergo manducatis sive bibitis
sive aliud quid faciatis omnia in gloriam dei facite. Sine
offensione estote iudeis et gentilibus et ecclesie dei
sicut et ego omnia omnibus placeo non quaerens quod
mihi utile est sed quod multis ut salvi fiant.

Imitatores mei estote sicut et ego christi. Laudo autem
vos fratres quod omnia mea memores estis et sicut tradidi

vobis precepta mea teneatis. Volo autem vos scire quod
omnis viri caput xpus est. caput autem mulieris vir
caput vero xpi deus. Omnis vir orans aut prophetans
velato capite deturpat caput suum. Omnis autem mulier
orans aut prophetans non velato capite deturpat
caput suum. Unum est enim ac si decaluetur. Nam si non
velatur mulier et tondeatur. Si vero turpe est mulieri
tonderi aut decaluari velet caput suum. Vir quidem
non debet velare caput suum quoniam ymago et gloria
dei est mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex
muliere est set mulier ex viro. Etenim non est creatus
vir propter mulierem set mulier propter virum. Ideo debet
mulier velamen habere supra caput propter angelos.
Verumtamen neque vir sine muliere neque mulier sine viro
in domino. Nam sicut mulier de viro ita et vir per mulierem
autem ex deo. Vos ipsi iudicate. Decet mulierem non ve-
latam orare deum. Hec ipsa natura docet vos quod
vir quidem si comam nutriat gloria est illi quoniam ca-
pilli pro velamine ei dati sunt. ignominia est illi.

mulier vero si comam nutriat gloria est illi quoniam
capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur con-
tentiosus esse nos talem consuetudinem non habemus
neque ecclesia dei. Hec autem precipio non laudans quod
non in melius set in deterius convenitis. Primum quidem
convenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse
et ex parte credo. Nam oportet hereses esse ut qui probati sunt
manifesti fiant in vobis. Conveniens ergo vobis in unum
iam non est dominicam cenam manducare. Unus quisque
enim suam cenam presumit ad manducandum et alius quidem
esurit. alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis
ad manducandum et bibendum aut ecclesiam dei contempnitis
et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis?
Laudo vos in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod
et tradidi vobis. quoniam dominus ihesus in qua nocte tradebatur
accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite
et manducate. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.
hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam
cenavit dicens hic calix novum testamentum est in meo.

sanguine hoc facite quociensque biberitis in meam co-
memoracionem. Quociensque enim manducabitis panem
hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec
veniat. Itaque quicumque manducaverit panem vel bibe-
rit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis
domini. Probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat
et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans cor-
pus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles
et dormiunt multi. Quod si nos met ipsos diiudicaremus
non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino
corripimur ut non cum hoc mundo dampnemur. Itaque
fratres mei cum convenitis ad manducandum invicem ex-
pectate. Si quis esurit domi manducet ut non in iudicium
conveniatis. Cetera autem venero disponam.

Et spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres.
Scitis quoniam cum gentes essetis ad simulacra muta
prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio quod

nemo in spiritu dei loquens dicit anathema ihu
et nemo potest dicere dominus ihus nisi in spiritu sancto.
Divisiones vero gratiarum sunt. idem autem spiritus. et divi
siones ministrationum sunt. idem autem dominus et divisiones
operationum sunt Idem vero deus qui operatur omnia in omni
bus Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utili
tatem Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie. Alii
autem sermo scientie secundum eundem spiritum. alteri fides
in eodem spiritu. alii gratia sanitatum in uno spiritu.
alii operatio virtutum. alii prophetia. alii discretio spiri
tuum. alii genera linguarum alii interpretatio sermonum.
Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus. divi
dens singulis prout vult. Sicut enim corpus unum est
et membra habet multa. omnia autem membra corporis cum
sint multa unum corpus sunt. ita et xpistus Et in uno spiritu
omnes nos unum corpus baptizati sumus. sive iudei sive
gentiles sive servi sive liberi. et omnes uno spiritu po
tati sumus. Nam et corpus non est unum membrum
set multa Si dixerit pes quoniam non sum manus